

Speculum Virginum.

Terminato suo magno opere *Histoire de l'Ordre de Saint Benoît*, Dom Ph. SCHMITZ, O. S. B., operi suo adiunxit T. VII, in quo, simul cum Indicibus operis, pagg. 364 tractatur « *Les Moniales* », Maredsous, 1956.

In praefatione huic tomo praemissa, haec, inter alia leguntur: « La matière de ce volume est assez neuve. Aucun travail de quelque importance n'a encore été consacré au sujet. Pour rédiger l'histoire des moniales, il faut sans doute recourir aux sources et aux monographies qui traitent de monastères en particulier. Hélas, les unes et les autres sont fort rares. La pénurie est vraiment extrême. Les bénédictines du moyen âge n'ont pas laissé de chroniques. Peu de cartulaires ont été publiés ; quelques « vitae » ont vu le jour mais en si petit nombre et souvent de peu de valeur. Ce manque de textes et de travaux sur les filles de saint Benoît s'explique parfaitement. Dans leurs abbayes, la vie monastique s'est écoulée généralement paisible, modeste et obscure. Leurs habitantes n'ont pas exercé sur le monde ou sur l'Eglise une influence comparable à celle des moines. Elles se sont contentées de fleurir sous le regard de Dieu, qui seul connaît leurs mérites et leur rayonnement mystérieux sur les âmes. Cette action échappe au regard de l'historien... Les renseignements les plus nombreux nous viennent de l'extérieur, je veux dire, se trouvent dans les écrits de tout genre qui — hors de leur propos — parlent incidemment des moniales. On peut aussi glaner plusieurs détails dans les textes juridiques, tels que capitulaires, décisions des conciles, etc., ou encore dans les procès-verbaux des visites canoniques. Mais ces témoignages ne peuvent nous fournir une idée juste du monachisme féminin, non plus que les sermons ou les écrits spirituels. Ils nous livrent tout au plus l'idée que s'en faisaient les contemporains. Ils s'attaquaient à des abus qui blessaient, sans doute, leur conception de la vie religieuse, mais qui n'entachaient pas les âmes vouées à Dieu... Les pages consacrées à la spiritualité montreront d'ailleurs comment, à côté des innombrables fleurs du grand parterre, de beaux fruits de sainteté ont mûri dans les jardins monastiques. On regrettera intensément que les annales des monastères nous aient conservé si rarement le souvenir de tant de simples moniales qui ont pratiqué les vertus du cloître avec héroïsme ».

Ita, rectissime dom Schmitz.

Eadem dici posse de monialibus Praemonstratensibus, dubium non est. Constat enim plura asceteria Virginum in Ordine nostro diu floruisse, et, partim, ad nostra usque tempora florere.

De instituto illo meritissimo plura rescire vellemus. Maxime de instituto Virginum, sicuti existerat primitus in Ordine, sub influxu magis immediato S. Fundatoris et primorum Ordinis Patrum.

Fontes historici, saltem illi qui ad nos usque pervenerunt et explorationi sagaci submissi fuerunt, de hac re non multa communicant.

Plurima elementa vero de illa re, quamvis de nostro Ordine solummodo incidenter agatur, inveniuntur in opere a Mat. BERNARDS, anno 1955, evulgato sub titulo: *Speculum Virginum* (pp. XVI+264), Böhlau-Verlag, Köln-Graz. Liber iste editur uti Band 36/38 seriei: *Forschungen zur Volkskunde*, cuius director est meritissimus Reverendissimus Georg. Schreiber.

Recte de hoc libro scribebat P. DE GAIFFIER, S. J., in *Analecta Bollandiana*, LXXV, 1957, p. 142: « Cet exposé, qui s'appuie sur une documentation remarquable, constitue une véritable introduction à la vie religieuse féminine des monastères médiévaux ».

Opus inscribitur: « Speculum Virginum ». Sub hoc titulo existit scriptum quoddam, quod compositum videtur circa annum 1100, et quod, in variis linguis, in multis antiquis manuscriptis invenitur. Agitur in illo « speculo » de expositione essentiae vitae religiosae, qualis a religiosis Virginibus desideranda praescribatur, et ad quod servandum gnaviter et constanter tendere debebant. Elementa religiosa vere traditionalia in illo scripto congregata reperiuntur. Tandem aliquando deprehenditur in illo « Speculo », quidnam essentiale in vita religiosa Virginum haberi debeat. « Speculum » illud in praesenti opere summa cum cura describitur; elementa religiosa in ipso contenta indicantur et in pleniore luce reponuntur. Traditio ecclesiastica, prouti ex auctoribus eiusdem aetatis exponitur, omni ex parte consideratur ut valor et realis significatio elementorum religiosorum in « speculo » contentorum melius et plenius perspiciatur.

« Der Jungfrauenspiegel vermittelt kein erschöpfendes Bild vom Leben der weiblichen Konventualen. Das Speculum gedenkt weder der beachtlichen Wirksamkeit bei der Erziehung der weiblichen

Jugend, noch der entsagungsvollen Arbeiten in Bibliothek und Schreibstube.

Andere Tätigkeiten erwähnt unsere Unterweisung lediglich beiläufig ohne Einzelheiten wie das künstlerische Schaffen; vor allem in der Buchmalerei haben sich die Nonnen versucht. Kein Blick geht in unserer Vorlage über die Mauern des eigenen Klosters hinaus. Es gibt weder einen Klosterverband noch Gebetsverbündungen mit anderen zönbialen Frauen- oder gar Männergemeinschaften » (p. 218). « *Speculum* » proinde non nobis praebet conspectum integrum vitae religiosae illarum Virginum; « aber innerhalb des einmal abgesteckten Rahmens verleiht das *Speculum Virginum* dem Empfinden und Wollen der Frauenwelt des Hochmittelalters, ihren religiösen Auffassungen und ihrem geistlichen Streben, ihrem Bewusstsein von der eigenen Würde und Sendung gültigen Ausdruck. Es ist also nicht das Frauenbild des hohen Mittelalters oder auch nur des Zeitabschnittes um das Jahr 1100 schlechthin, das hier entworfen wird. Der Spiegel spricht vielmehr für die grosse Zahl jener Frauen, die hinter den Mauern des Klöster den Sinn und das Glück ihres Lebens gesucht und im allgemeinen auch gefunden haben... Als Handbuch der Seelenführung stellt das Werk hochgemute und hochgespannte Forderungen, verschweigt aber auch die krasse und nüchterne Wirklichkeit nicht » (p. 219 s.).

« *Speculum Virginum* » scriptum est maxime sparsum in antiquioribus manuscriptis. Quamvis multa exemplaria variis in bibliothecis servata inveniantur, nullum exemplar, ex antiqua praemonstratensi bibliotheca proveniens, hucusque notum est. Auctor videtur esse « Conradus » quidam, vivens versus initium saeculi undecimi. « Das *Speculum* gewährt einen unschätzbaren Einblick in das religiös-geistige Leben der mittelalterlichen Frauengemeinschaften. Die grundsätzlichen Anschauungen dieser Kreise werden für zahlreiche Fragen der Moralthologie und der Aszetik sichtbar und gleichzeitig durch lebendige Hinweise auf die tatsächlichen Verhältnisse in der damaligen Zeit wirksam ergänzt. Infolge der stärkeren Ausrichtung unserer Unterweisung auf die Bedürfnisse der Seelenführung und des Alltags treten für die Geschichte der Dogmatik wichtige Erkenntnisse spürbar zurück » (p. 30). *Elementa strictae theologiae* non raro adsunt; insistit v. gr. auctor in praedestinatione Deiparae ab omni aeternitate. Ideae quas profert relate ad « theologiam historiae » affines sunt ideis in hac re fuse expositis apud Anselmum nostrum de

Havelberg. Similiter, ex antiquis Praemonstratensibus, noti videntur auctori Speculi, Lucas a Monte Corneli (Mont-Cornillon), Philippus de Harvengt et Adamus Scotus, cuius liber « Allegoriae in S. Scripturam » diu inter opera Rhabani Mauri traditus fuit.

Themata in « Speculo » indicata, concinne subiungimus.

Terminus « personalitas » novus est. Illud autem quod isto termino exprimitur, novum non est. Et in vita religiosarum summum momentum habet. Quomodo praecise « personalitas » religiosa concipienda et promovenda sit, non ita facile indicari potest. Plurima vero sub hoc respectu in « Speculo » exponuntur. Plura ex iis indicamus, allatis potissimum iis quae textibus antiquorum auctorum Praemonstratensium illustrari possunt.

Vita religiosa, quae libere suscipi debet, virginitatem supponit ; quae est vita quaedam angelica, cum vita illa dicat coniunctionem indivisam cum Deo. Traditio ecclesiastica in hac re scite et eruditissime exponitur in libro M. Bernards. Unum exemplum : apud multos auctores Medii Aevi, apes proponuntur uti exemplar virginitatis ; consideratio ista reiicitur a « Speculo », sicuti ab Isidoro Hispalensi et Adamo Scoto (Alleg. in S. Scripturam : PL, 112, 859 D-860 A).

Virgo Maria uti summum exemplar virginitatis, vere Deo coniungentis, in « Speculo » exhibetur. Similiter S. Ioannes Baptista sub eodem respectu extollitur ; Adamus Scotus hoc thema iteratis vicibus proponit (PL, 198, 301. 305. 306).

Notum est saeculum duodecimum pro expositione Scripturarum novam quasi messem positivam attulisse. Etiam sub hoc respectu « Speculum » praeclara habet. « Der Jungfrauenspiegel dürfte mit seinen Auffassungen Zacharias (= Zacharias von Besançon, O. Praem., in suo opere : *In unum ex quatuor* : PL, 186, 477-480), Radulf Ardens, Pseudobernard, allenfalls noch Bruno von Segni am nächsten kommen, ohne dass sich freilich wörtliche Uebereinstimmungen ergäben » (p. 72).

Quidnam « Speculum » nostrum edicat de vita animae interna, fuse deinde consideratur. Parabola Evangelii de virginibus sapientibus et insipientibus facilem ansam praebebat bonis et utilibus considerationibus. Perseverantia, aliaeque virtutes a Virginibus Deo devotis colantur. Imago sub qua Lucas a Monte Corneli varias virtutes connectit cum cruce ab auctore « Speculi » non retinetur.

Vita interna animae uti certamen considerari potest, talis ratio exponendi vitam religiosam frequenter apud auctores veteres occurrit: militia est vita hominis super terram. Adiumenta multa in hoc certamine a Deo procurantur. Mirum sub hoc respectu videri posset S. Eucharistiam rarissime inter adiumenta illa gratiae occurrere. In « Speculo » tantummodo per transennam de S. Eucharistia sermo fit. Quod etiam dicendum videtur de scriptis antiquis Praemonstratensibus hucusque notis; quamvis sub hoc respectu momento non careant ea quae scripserunt G. SCHREIBER in *An. Praem.*, XVI, 1940, pp. 80-81; et Fr. PETIT, *La spiritualité des Prémontrés au douzième siècle*, Paris, 1947, pp. 225-233.

Variae imagines afferri solent ut sensus vitae religiosae clarius perspiciatur. Apud Hermannum Coloniensem, canonicum Cappenbergensem, monasterium portui comparatur: *De conversione sua*: PL, XX, col. 832. Est veluti portus pro iis qui naufragium passi sunt in saeculo: ita in *Vita Godefridi Cappenburgensis: Acta Sanctorum*, Ian., I, p. 849.

Plurima alia elementa vitae religiosae in « Speculo » indicantur, sicuti et praxes determinatae, quae et apud Praemonstratenses occurrunt.

Extollitur aurea via media inter aspectus nimis unilaterales quibus vita religiosa posset adumbrari et concipi. Ideo regula S. Augustini via regia talis sanae discretionis dicitur. Omnibus nota est profecto strophæ hymni: « Magne pater Augustine... »: « Tu de vita clericorum sanctam scribis regulam, quam, qui amant et sequuntur, viam tenent regiam ». Hymnus iste, secundum M. BERNARDS, l. c., p. 135, iam saeculo duodecimo existebat.

Elementa illa et themata vitae religiosae in praesenti expositione M. BERNARDS potius indicantur quam commentario ornantur. Singula autem ab eo indicata (et haec sunt vere numerosissima), ex antiquis auctoribus accuratissime hausta ostenduntur; singulis affirmationibus siquidem textus auctorum huc facientibus adiunguntur.

Hac ratione vita religiosa Virginum illarum non parum lucis accepisse dicenda est. Quod ab auctore ita recte exprimitur: « Während sich den Urkunden und Quellenwerken der Geschichtsschreibung des Religiosentums im allgemeinen mehr Nachrichten des äusseren Geschehens über Gründung und Aufhebung, Blüte und Verfall, Reformen und Streitfälle entnehmen lassen, öffnet sich im Speculum virginum der reizvolle Blick in die streng verschlossene

Innenwelt der Frauenklöster. Es ist ein durch und durch beseeltes Frauentum, das in diesen Konventen verlangt und gepflegt wird. In solchen Gemeinschaften had ein Grossteil der mittelalterlichen Frauen einen Lebensinhalt gefunden, dessen geistige Höhe weder im Bürgertum noch in der höfischen Kultur erreicht haben. Der Beispiele ausgezeichneter Frauen gibt es genügend. Wenn die Abtissinnen bereits in frühen Jahrhunderten, den Fürsten gleichstellt, wie Bischöfe und Aebte auftreten und im Rate der Groszen als einzige Vertreterinnen des weiblichen Geschlechtes mitstimmen, dann verdanken sie ihren Platz zunächst gewiss ihrer politischen Stellung. Sie können ihren Rang jedoch bei der ungünstigen Rechtslage — etwa bezüglich der Ministerialen und des Lehnrechtes — nur behaupten dank des unbestrittenen Ansehens der klösterlichen Frauenkultur, als deren Sprecherinnen sie stets empfunden worden sind, mochten sie persönlich auch nicht immer allen derartigen Ansprüchen genügen. Eine nicht weniger günstige Beurteilung der geistlichen Erziehungsarbeit unter der Frauenwelt ist als stillschweigende Voraussetzung zu Erziehungsarbeit zu berücksichtigen, wenn im Raum der Kirche mitunter Frauen ein ganz ungewöhnlicher Aufgebenbereich zufällt » (p. 217).

J. B. VALVEKENS, O. Praem.
